

Alme p[ro]p[ri]o[rum] miser[um] me[um] p[ro]p[ri]o[rum] m[er]ito[rum] d[omi]ni

Buccolica ca-
noni poete Titi Calpurnii
Siculi undecim Meglogis
iucunditer decantata.

Si scilicet D. S.
in unquam D. in A. non
vixisset in unquam
.

Calpurnius

[Coloniae] o. j. (Aurifer)

257, 244

Aegloga prima

¶ Titii Calphurnij Siculi Bucolicum carmen
Ornitus. et Coridon. fratres interlo-
quutores. Aegloga prima

Nondum solis Equos decliuis mitigat aestas
Quauis et madidis incumbant praela racemis
Et spument rauco feruentia musta. susurro

¶ Cernis. vt ecce pater quas tradidit Ornite vaccæ **Co.**
Molle sub hirsuta latus explicuere genesta;

Nos quoq; vicinis cur non succedimus vmbri
Torrída cur solo defendimus ora galgro

¶ Hoc potius frater corydon nemus. ista petamus **Or.**
Antra patris fauni gracilis vbi pinca densat

Silua comas. rapidoq; caput leuat obuia soli
Bullentes vbi fagus aquas radice sub ipsa
Protegit. et ramis errantibus implicat vmbra

¶ Quo me cunq; vocas sequor ornite. nam mea leuce **Cor**
Dum negat amplexus nocturna q; gaudia nobis
Peruia cornigeri fecit sacraria fauni.

¶ Prome igitur. calamos. et si qua recondita seruas **Or.**
Nec tibi defuerit mea phystula quam mihi nuper
Matura docilis compegit harundine lygdon.

¶ Et iam captatae pariter successimus vmbrae **Cor.**
Sed quæ nam sacra descripta est pagina fago.

Quam modo nescio quis properanti falce notauit
Aspicis vt virides etiam nunc littera rimas.
Seruet. et arenti nondum se laxat hiatu.

Ornite fer propius tu lumina. Tu potes alto.
Cortice descriptos citius percurrere versus

Nam tibi longa satis pater internodia largus
Procerunq; dedit mater non inuida corpus.

A ij.

Aegloga prima

¶ Non pastor. non hoc triuiali more viator OR
Sed deus ipse canit. nihil armentale resultat.
Non montana sacros. distinguunt iubila. versus.
¶ Mira refers. Sed rumpe moras. oculoq; sequaci Cor.
Quam primum nobis diuinum perlege carmen.
¶ Qui iuga. qui siluas tueor. satus æthere faunus. Or.
Hæc populis ventura cano. iuuat arbore sacra.
Læta patefactis incidere carmina sagis.
Vos ò precipue nemorum gaudete coloni.
Vos populi gaudete mei. licet omne vagetur
Securo custode pecus. nocturnaq; pastor
Claudere fraxinea nolit præsepia crate.
Non tamen insidias prædator ouilibus vllas.
Afferet aut laxis abiget iumenta. capistris.
Aurea secura cum pace renascitur ætas.
Et redit ad terras. tandem squalore situq;
Alma themis posito. Iuuenēq; beata sequuntur
Secula. maternis causam qui ludit iulis.
Dum populos. deus ipse reget dabit impia vinctas;
Post tergum bellona manus. spoliataq; tælis.
In sua vesanos torquebit viscera morsus.
Et modo quæ toto ciuilia distulit orbe.
Secum bella geret. nullos iam roma philippos.
Omnia tartareo subigentur carcere bella.
Immergentq; caput tenebris. lucemq; timebunt
Candida pax aderit. Nec solum candida vultu.
Qualis sæpe fuit. quæ libera marte pfecto.
Quæ domito procul hoste. tamen crassantibus armis.
Publica diffudit tacito discordia ferro
Omne procul vitium simulatæ cedere pacis.
Iussit. et insanos clementia condidit enses.

Titi calphurnii.

Nulla catenati feralis pompa senatus:
Carnificum lassabit opus, nec carcere pleno
Infoelix raros numerabit curia patres:
Plena quies: aderit, quæ stricti, nescia ferri
Altera saturni reuocet latialia regna,
Altera regna numæ, qui primus ouantia cæde
Agmina, romuleis et adhuc ardentia castris
Pacis opus docuit, iussitq; silentibus armis
Inter sacra tubas non inter bella sonare:
Iam nec adumbrati facièm mercatus honoris
Nec vacuos tacitus fasces nec inane tribunal
Accipiet consul, sed legibus omne reductis
Ius aderit, moremq; fori vultūq; priorem
Reddet & afflictū melior deus auferet æuum
Exultet quæcunq; notum gens ima iacentem
Erectumq; colit boream, quæcunq; vel ortu
Vel patet occasu, mediove sub æthere seruit
Cernitis vt puro nox iam vigesima cœlo
Fulgeat, vt placidum radianti luce cometem
Proferat, vt liquidum nutat sine vulnere sydus.
Nunquid vtrinq; polum sicut solet igne cruento,
Spargit, & ardenti scintillat sanguine lampas:
At quondam non talis erat, cum cæsare rapto
Indixit miseris fatalia ciuibus arma
Scilicet ipse deus Romanæ pondera molis
Fortibus excipiet sic inconcussa lacertis.
Vt neq; translati sonitu fragor intonet orbis
Nec prius et meritis defunctos roma penates
Censeat, occasus nisi cum respexerit ortus
Ornate iam dudum velut ipso numine plenum
Me quatit, et mistus subit inter gaudia terror.

Aegloga secunda

¶ Sed bona facundi veneremur numiua fauni Or.
Carmina quæ nobis deus obtulit ipse canenda
Dicamus. teretiꝫ sonum modulemur auena
Forſitan auguſtas feret hæc melibœus ad aures

¶ Alſt hacus et Idas. Aegloga ſecunda

E Ntractam crocalen puer Aſtachus. et puer Idas
Idas lanigeri dñs gregis. Aſtachus horti
Dilexere diu. formoſus vterqꝫ. ſed impar

Voce ſonans. terras vñ cum grauis vreret æſtas
Ad gelidos fontes. et eaſdem forte ſub vñmos
Conueniunt dulciꝫ ſimul contendere cantu.

Pignoribuſqꝫ parant. placet hic vt vellera ſeptem.
Ille ſui victus ne meſſem vendicet horti

Et magnum certamen erat ſub iudice thyrfi
Affuit omne genus pecudum. genus omne ferarum

Et quæcunqꝫ vagis alitum ferit aera penniſ
Conuenit vmbroſa quicunqꝫ ſub ilice lentas

Pascit oues. faunuſqꝫ pater Sathyriꝫ bicorneſ
Affuerant ſiccò dryades pede. Nayades vdo

Et tenuere ſuos properantia flumina curſus
Deſiſtunt tremuliſ incurrere frondibuſ euri

Altraqꝫ per totos fecere ſilentia montes
Omnia ceſſabant. illiſ certantibuſ. Auſa eſt

Dædala nectareoſ apiſ intermittere flores
Iamqꝫ ſub vmbroſa. mediuſ conſederat vmbra

Thyrfiſ. et cò pueri me iudice pignora dixit
Irrita ſint moned. ſatiſ hoc mercediſ habete.

Si laudem victor. ſi fert opprobria victuſ
Et nunc alternoſ magiſ vt diſtinguere cantuſ

¶ Poſſitiſ. ter quiſqꝫ manuſ iactare micanteſ
Nec mora. decernunt digitiſ. prior incipit Idas

Titi calpurnii.

- ¶ Me siluanus amat dociles mihi donat auenas Id.
Et mea frondenti circundat tempora teda
Ille etiam paruo hoc dixit mihi non leue carmen
Iam leuis obliqua crescit tibi phystula canna.
- ¶ Et mihi flora, comas parienti gramine spargit Ac.
Et matura mihi peramcena sub arbore ludit
Accipe (dixerunt nymphæ) puer accipe fontem
Nam potes irriguis mutare cānalibus hortos
- ¶ Me docet ipsa pales cultum gregis, vt niger albae Id
Terga maritus ouis nascente mutat in agna
Quæ neq; diuersi speciem seruare parentis
possit, et ambiguo testetur vtrinq; colore.
- ¶ Non minus arte mea mutabilis induit arbos A
Ignotas frondes, et non gentilia poma
Ars mea nunc malo pira temperat, et modo cogit
Insita præco quibus subreperere persica prunis.
- ¶ Me teneras salices iuuat aut oleastra putare I.
Et gregibus portare nouas vt carpere frondes
Condiscant, primoq; recidere gramina morfu
Ne depulsa vagos quærat foetura parentes
- ¶ Et mihi cum fuluis radicibus arida tellus A.
Panditur, irriguo perfunditur area fonte
Et satiatur aqua, succos ne forte priores.
Languida mutata quærant plantaria terra
- ¶ ō si quis Crocalen Deus afferat, hunc ego terris I.
Hunc ego syderibus solum regnare fatebor
Dicam nanq; nemus, dicamq; sub arbore numen,
Hoc erit Ite procul sacer est locus, ite prophani
- ¶ Vrimur in crocalen, Si quis mea vota deorum A.
Audiat, huic similis, virides qua gemmeus vndas
Fons agit, et tremulo percurrit lilia riuo.

Aegloga secunda

Inter pampineas ponetur faginus vltimos
¶ Ne contemne casas. et postoralia tecta **I.**
Rusticus est (fateor) Sed non est barbarus Idas
Sæpe vaporato mihi cespite palpitat agnus
Perfundens aras diuorum sanguine largo,
¶ Nos quoque pomiferi laribus consueuimus horti **A**
Mittere primitias. et farrea liba priapo
Rorantisque fauos damus. atque liquentia mella
Nec fore grata minus. quam si caper imbuat aras
¶ Mille sub vberibus pallentes pascimus agnas **I**
Totque tarentine præstant mihi vellera matres
Per totum niueus premitur mihi caseus annum.
Si venies crocale. totus tibi seruiet annus
¶ Qui numerare velit. quam multa sub arbore in nostra **A**
Poma legam. citius tenues numerabit aristas
Semper olus metimus. nec bruma. nec impedit æstas.
Si ventes crocale. totus tibi seruiet hortus.
¶ Quamuis siccus ager languentes excoquat herbas **I.**
Sumo tamen calathos nutanti lacte coactos
Vellera tunc dabimus. cum primum tempus apricum
Surget. et a tepidis fiet tonsura kalendis.
¶ Et nos quos etiam pretorrida munerat æstas **A.**
Mille renitenti dabimus tibi cortice thillas.
Castaneasque nuces totidem. cum sole nouembri
Maturis nucibus virides rumpentur echini
¶ Num precor informis videor tibi. num grauis annis **I.**
Decipiorque miser. quoties mollissima tango
Ora manu. primi que sequor vestigia floris
Nescius. et gracili digitos lanugine fallo
¶ Fontibus in liquidis quoties me conspicio ipse **A**
Admiror toties. Etenim sic flore iuuentæ

Aegloga Tercia.

Induimus vultus, vt in arbore saepe notauī
Cærea sub tenui lucere cydonia lana

¶ Carmina poscit amor, nec phystula cedit amori I.
Sed fugit ecce dies: reuocatq; crepuscula vesper

Hinc tu daphni græges, illinc vocat alpheisibœus A
¶ Iam resonent frondes, iam cantibus obstrepit arbor

I procul ô dorida primumq; reclude canalem
Et sine iam dudum sitientes irriget hortos

Vix ea finierat, senior cum talia thyrsis
Este pares: et ob hoc concordēs viuite. Nam nos

Et decor, et cantus, & amor sociauit & ætas

¶ Iolas & Licidas, Aegloga tertia

N Vnquid in hac lycida vidisti forte iuencam Io.
Valle meam: solet illa tuis occurrere tauris
Et iam pene duas, dum queritur, eximit horas.

Nectamen apparet, duris ego perdita ruscis,
Iam dudum: et nullis dubitauī crura rubetis

Scindere, nec quicq; post tantum sanguinis egi,
¶ Non satis attendi (neq; em̄ vacat) vror iolla Li
Vror et immodice, lycidam ingrata reliquit

Phyllis: amatq; nouum post tot mea munera Mopsum

¶ Mobilior ventis ô scemina, Sicrua phyllis I.
Quæ sibi (nam memini) si quando solus abesses,

Mella etiam sine te iurabam ara videri
¶ Altius ista querar, si quando vacabis Iola L

Has pete nunc salices, et leuas flecte sub vltimos
Nam cum prata calent, illic requiescere noster

Taurus amat, gelidaq; iacet spatiat in vmbra
Et matutinas reuocat palearibus herbas

¶ Non equidem lycida quis contentus abibo Io
Tityre, quas dixit salices, pete solus, et illinc.

B i

Aegloga Tercia

Si tamen inuenies deprensam verbere multo
Huc age. sed fractum referas hastile memento
Nunc age dic lycida. Quæ vos tam magna tulere
Iurgia: quis vestro deus interuenit amoris?
Phyllide contentus (Tu solus testis. Iolla es)
Callyroen spreui. quæuis cum dote rogaret
En sibi cum mopso calamos intexere cærae
Incipit. & puero comitata sub ilice cantat
Hoc ego cum vidi (fateor) sic intimus arsi
Vt nihil vltius tulerim. nam protinus ambas
Deduxi tunicas. & pectora nuda recidi
Alcippen irata petit. dixitq; relicto
Improbe te lycida. Mopsum tua phyllis amabit.
Nunc penes alcippen manet. ac ne forte vagetur
Ah vereor. nec tam nobis ego phyllida reddi
Exopto quæ quod mopso iurgetur anhelos
¶ A te ceperunt tua iurgia. tu prior illi
Victas tende manus. decet indulgere puellæ. I.
Vel cum prima nocet. si quid mandare iuuabit
Sedulus iratæ contingam nuncius aures
¶ Iam dudum meditor. quo phyllida carmine placem L.
Forsitan audito poterit mitescere cantu
Et solet illa meas ad sidera ferre camœnas.
¶ Dic age Nam cerasi tua cortice verba notabo I
Et decisa feram rutilanti carmina libro
¶ Has tibi phylli preces iam pallidus hos tibi cantus L.
Dat lycidas quos nocte miser modulatur acerba
Dum flet. & excusso dispergit lumina somno
Non sic destructa macrescit turdus oliua
Non lepus extremas legulus cum sustulit vuas
Vt lycidas dñæ sine phyllide tabidus erro.

Aegloga Tercia.

Te sine veh misero mihi lilia nigra videntur.
Nec sapiunt fontes. & acescunt vina bibenti
At si tu venias, iam candida lilia fient
Et sapient fontes. & dulcia vina bibenti
Ille ego sum lycidas. quo te cantante solebas.
Dicere foelicem. cui dulcia saepe dedisti
Oscula. nec medios dubitasti erumpere cantus
Atq; inter calamos errantia labra petisti.
Ah dolor & post haec placuit tibi torrida mopsi
Vox. & carmen inops. & acerbæ stridor auenæ
Quem sequeris. quem phylli fugis. formosior illo.
Dicor. & hoc ipsum mihi tu narrare solebas
Sum quoq; diuitior. certauerit ille tot haedos
Pascere. quot nostri numerantur vespere tauri
Quid tibi quæ nostri referam. scis optima phylli
Quam numerosa meis siccetur buccula mulctris
Et q̄ multa suos suspendat ad vbera natos
Sed mihi nec gracili sine te. fiscella salicto
Texitur. & nulla tremuere coagula lactis.
Quod si dura times & iam nunc verbera phylli
Tradimus ecce manus licet illæ vimine torto
Scilicet. & lenta post tergum vite domentur
Ut mala nocturni religauit brachia mopsi
Tityrus. & medio furem suspendit ouili
Accipe. ne dubita. meruit manus vtraq; poenas.
His tamen his inq; manibus tibi sepe palumbes
Sæpe etiam leporem decepta matre pauentem
Missimus in gremium. per me tibi lilia prima
Contigerant. primæq; rosæ. vix dum bene florem
Degustaba t'apis. tu cingebare coronis
Aurea sed forsân mendax tibi munera iactat

Aegloga Quarta.

Qui metere occidua ferales nocte lupinos
Dicitur. & cocto pinfare legumine panem
Qui sibi tum foelix. tum fortunatus habetur
Vilia cum subigit manualibus hordea saxis
Quod si turpis amor precibus (qd abominor) istis
Obstiterit. laqueum miseri nectemns ab illa.
Ilice qua primus nostros violauit amores
Hi tamen ante mala figentur in arbore versus.
Credere pastores leuibus nolite puellis
Phyllida mopsus amat. licydas habet vltima rerum
Nunc age. si quicq; miseris succurris Iola
Perfer. & ore tuo modulator phyllida nanq;
Ipse procul stabo. vel acuta carice tectus.
Vel propius latitans. vicina saepe sub ora
Ibimus et veniet. nisi me presagia fallunt
Nam bonus a dextro fecit mihi tityrus omen
Qui redit inuenta non irritus ecce iuuenca

¶ Melibœus Coridon et Amyntas Inter
loquutores. Aegloga quarta.

Quid tacit? coridon. vultuq; subinde minaci M.
Quidve sub hac platano quam garrulus astrepit
Infesta statõe sedes. iu uat humida forsan. (humor
Ripa. leuatq; diem vicini spiritus amnis.
¶ Carmina iam dudum non qua nemorale resulent
Voluimus q̄ melibœe. Sed haec quibus aurea possint
Sæcula cantari quibus et deus ipse canatur
Qui populos. urbemq; regit. pacemq; rogatam.
¶ Dulce quidem resonas. necte diuersus Apollo M
Respicit q̄ iuuenis. Sed magnæ munera romæ
Non ita cantari debent. vt ouile Menalæ.
¶ Quicquid id est. siluestre licet videatur acutis C

Titi Calpurnij

Auribus & nostro tantum memoriabile pago
Dum mea rusticitas, si non valet arte polita,
Carminis, at certe valeat pietate probari
Rupe sub hac eadem, quam proxima pinus obumbrat
Hæc eadem nobis frater meditatus Amyntas.
Quem vicina meis natalibus admouet ætas
¶ Nam puerum calamos, & odore vincula cæræ: M
Iungere nunc cohibes leuibus quem sepe cicutis
Ludere conantem vetuisti fronte paterua
Dicentem corydon te non semel ista notauit.
Frange puer calamos, & inanes desere musas
Et potius glandes rubicundaq; collige corna
Duc ad mulctra greges, & lac venale per urbem
Non tacitus porta, quid em̄ tibi phystula reddet?
Quo tutere famē, certe mea carmina nemo
Præter ab his scopulis ventosa remurmurat echo
¶ Hæc ego confiteor dixi melibœe sed olim Ci
Non eadem nobis sunt tempora, non deus idem.
Spes magis arridet, certene fraga rubosq;
Colligerem viridicq; famē solarer hibisco,
Tu facis, & tua nos alit indulgentia faræ
Tu nostras miseratus opes docileq; iuuentam.
Hiberna prohibes ieiunia pellere fago.
Ecce nihil querulum per te melibœe sonamus
Per te securi saturi recubamus in umbra
Et fruimur siluis, Amarillidis vltima nuper.
Littora terrarum nisi tu Melibœe fuisses
Vltima visuri, trucibusq; obnoxia mauris,
Pascua germani liquidis vbi curlibus ingens
Dicitur occiduas impellere Bactrus harenas
Scilicet extremo nunc vilis in orbe iacrem B üj

Aegloga Quarta

Ha dolor & pecudes inter conductus hiberas
Irrita septena modularer sibila cannae
Nec quisq; nostras inter dumeta camenas
Respiceret: non ipse daret mihi forsitan aurem
Ipse deus vacuum, longeque sonantia vota
Scilicet extremo non exaudiret in orbe:
Sed nisi forte tuas melior sonus aduocet aures
Et nostris aliena magis tibi carmina rident,
Vis aliena tua subigatur pagina lima:
Nam tibi non solum venturos noscere nymbos
Agricolis qualemq; ferat sol aureus ortum.
Attribuere dei, Sed dulcia carmina saepe
Concinis. Et modo te baccheis musa corimbis
Munerat. & lauro modo pulcher obumbrat Apollo
Quod si tu faueas trepido mihi, forsitan illos
Experiar calamos, quos iam mihi doctus Iolas
Donauit, dixitq; truces haec phystula tauros
Conciliat, nostroq; sonat dulcissima fauno.
Tityrus hanc habuit, cecinit qui primus in istis,
Montibus hiberna modulabile carmen auena
¶ Magna petis coridon, si tityrus esse laboras M
Ille fuit vates sacer, Et qui posset auena
Personuisse chelyn, blandae cui saepe canenti
Alludere feræ, cui substitit aduena quercus.
Quem modo, cantantem rutilo spargebat acantho
Nais, & implicitos comebat pectine crines
¶ Est (fateor) Meliboeus deus, sed nec mihi phœbus C
Forsitan abnuerit, Tu tantum commodus audi
Scimus enim quia te non aspernetur Apollo
¶ Incipe, nam faueo, Sed prospice ne tibi forte M
Tianula tam fragili respiret phystula buxo

Titi Calpurnii.

Quam resonare solet. si quā laudat Alexim
Hos potius calamos. magis hos sectare canales
Per me qui dignas cecinerunt consule silvas
Incipe nec dubita. venit en & frater Amyntas.
Cantibus iste tuis alterno seruiat ore
Dicite. nec mora sit. vicibusque reducite carmen.
Tuque prior corydon. Tu proximus ibis Amyntas
¶ Ab ioue principium. si quis canit æthera sumat C
Siquis atlantiaci molitur pondus olympi
Atqui nunc nostras præsentem nunime terræ
Perpetuamque regit iuuenili robore pacem
Lætus. & angusto scelix arrideat ore.
¶ Te quoque sacundo comitatus Apolline cæsar A
Respiciat. montes neu dedignetur adire
Quos & phœbus amat. quos iuppiter ipse tuetur
In quibus augustos visuris sæpe triumphos.
Laurus fructificat. vicinaque nascitur arbor
¶ Ipse polos etiam qui temperat igne geluque C
Iuppiter ipse parens. quo tu iam proximus ipse
Cæsar abis. posito paulisper fulmine. sæpe
Cresca rura petit viridique reclinus in antro
Carmina dictæis audit curretica siluis
¶ Aspicias. ut virides audito. Cæsare siluæ A.
Conticeant. memini. quavis vrgente procella.
Sic nemus in motis subito requiescere ramis.
Et dixi. deus hinc certe deus expulit euros
Nec mora pharsaliæ sonuerunt sibila cannæ.
¶ Aspicias ut teneros subitus vigor excitet agnos C
Utque superfuso magis vbera lacte grauentur.
Et nuper tonsis exundent vellera scetis.
Hoc ego iam (memini) semel hac in valle notavi.
Et venisse palen poteras dixisse magistris

Aegloga Quarta.

¶ Scilicet omnis eum tellus. gens ois adorat A
Diligiturq; deis. Quem sic taciturna verentur
Arbuta cuius iners audito nomine tellus
Incaluit: floremq; dedit. Cui silua nouato
Densat honore comas. stupefactaq; germinat arbos.
¶ Illius ut primū senserunt numina terræ C.
Cepit & vberior succis fallentibus olīm.
Luxuriare seges tandemq; legumina plenis
Vix resonant siliquis. nec prefocata malignum
Messis habet Lolium. nec inertibus albet auenis
¶ Iam neq; damnatos metuit iactare ligones A
Fossor & inuento si fors dedit. vtitur auro.
Nec timet ut nuper dum iugera versat arator
Nesonet offenso contraria vomere massa
Iamq; palam presso magis ac magis instat aratro
¶ Ille dat. ut primas cereri dare cultor aristas C.
Possit & intacto bromium pfundere vino
Ut nudus ruptas saliat calcator in vuas
Ut quoq; turba bono plaudat saginato magistro
Qui facit egregios ad puia compta ludos.
¶ Ille meis pacem. dat montibus. Ecce p illum A
Seu cantare iuuat seu ter pede læta ferire
Carmina non nullas licet & cantare choreas
Turbida nec calamos exurdant classica' nostros.
¶ Numine Cæsareo securior ipse lygo C
Et cantus viridante licet mihi condere libro
Pan recolit siluas & amœna faunus in vmbra.
Securus recubat. placidoq; in fonte leuatur
Nays. & humanum non calcatura cruorem
Per iuga siccata velox pede currit oreas
¶ Dñi pcor hūc iuuenē. quē vos (nisi fallor ab ipso) A.

Tici Calpurnij.

Aethere misistis post longa reducite vitae
Tempora, vel potius mortale resoluite pensum
Et date perpetuo coelestia fila metallo
Sic deus, & nolit pensare palacia coelo
¶ Tu quoque mutata seu Iuppiter ipse figura C
Caesar ades seu quis superum sub imagine falsa,
Mortalique lates aeternum hunc te precor orbem
Hos precor aeternus populos rege, Sic tibi coeli,
Vilis amor Captamque pater ne desere terram
¶ Rustica credebam nemorales carmina vobis. ME.
Concessisse deos, & obesis auribus apta
Verum quae imparibus modo concinuistis auenis
Tam liquidum tam dulce sonant ut non ego malim.
Quod peligna legunt examina lambere nectar
¶ Ve mihi quae tenero decurrunt carmina versu C
Tum meliboe sonent si quoniam in montibus istis
Dicat habere larem si quando nostra videre
Pascua contigerit vellit nam sepius aurem
Inuida paupertas, Et dicit, vilia cura
Actu si qua modo non aspernanda putabis
Fer Meliboe deo mea carmina, Nam tibi fas est
Sacra palatini penetralia visere phoebi,
Tum mihi talis eris, qualis qui dulce sonantem
Tityron e siluis dominam deduxit in orbem.
Ostenditque deos & spreto dixit ouili
Tityre rura prius, Sed post cantabimus arma
¶ Despiciat nostros utinam fortuna labores Me.
Pulchrior & merita faueat deus ipse iuuentae
Nos tamen interea tenet, mactabimus haedum,
Et pariter subitae peragemus fercula cenae
Nunc ad flumen oues deducite iam fremit aestas.

Aegloga Quinta

Iam sol contractas pedibus magis admouet umbras

¶ Mycon pater. & cantus. Interlo-
quuto res. Aegloga quinta.

Eрте micon senior cantusq; miconis alumnus
Torrente patula vitabant arbore solem
Tum iuueni senior precepta daturus alumno

Talia verba refert tremulis titubantia labris

¶ Quas errare vi des inter dumeta capellas.

Canasq; lasciuo concidere gramina morsu

Cante puer quos ecce greges a monte remotos

Cernis in aprico decerpere gramina campo

Hos tibi do senior iuueni pater ipse tuendos

Accipe iam certe potes insudare labori

Iam pro me gnauam potes exercere iuuentam

Aspicias & nobis iam pridem nulle quærelas

Afferat & baculum p̄mat inclinata senectus

Sed qua lege regas & amantes lustra capellas

Et melius pratis errantes mollibus agnas

percipe vere nouo cum iam tinnire volucres

Incipient. nidosq; reuersa habitabit hyrundo

Protinus hiberno pecus omne mouebis ouili.

Tunc & em̄ tota vernanti gramine silua

Pullulat estiuas reparabiles inchoat umbras

Tum florent siluæ viridi scq; renascitur annus

Tum venus & calidi scintillat feruor amoris

Lasciuumq; pecus salientes accipit hircos

Sed non ante greges in pascua mittito clausos

Quam fuerit placata pales. tu cespite viuo

Pone focum geniumq; loci faunumq; larēq;

Salso farre voca tepidos tunc hostia cultros

Imbuat ac etiam dum viuūt ouilia lustra.

Mi.

Megloga Quinta

Nec mora tunc campos ouibus dumeta capellis
Orto sole dabis simul hunc accedere montem
Ceperit & primæ spacium tepescerit horæ
At si forte vaces. dum matutiua relaxat
Frigora sol tumidis spument tibi mulctra papillis
Implebis qđ messe fluat rursusq; premetur
Mane. qđ occiduæ mulsura redegerit horæ
Parce tamē foetis Neu sint compendia tanti.
Destruat vt niueos venalis caseus agnos
Nam tibi precipuo foetura colatur amore
Te quoq; non pudeat. cum serus ouilia vises
Si qua iacebit ouis partu resoluta recēti
Hanchumeris portare tuis natoq; parenti.
Ferre sinu tremulos & nondū stare paratos
Nec tu longinquas procul a p̄sepibus herbas
Nec nimis amotæ sectabere pabula siluæ
Dum peragit verum Iouis in constantia tempus.
Veris em̄ dubitanda fides modo fronte serena
Blandius arrisit modo cum caligine nymbos.
Intulit & miseras torrentibus abstulit agnas
At cum longa dies sitientes afferet æstus.
Nec fuerit variante deo mutabile coelum
Iam siluis committe greges Iam longius herbas.
Quære. Sed ante diē pecus exeat humida dulces
Efficit aura cibos quotiens fugientibus euris
Frigida nocturno tanguntur pascua rore
Et matutinæ lucent in gramine guttæ
Vt simul argutæ nemus increpuere cicadæ
Ad fontem compelle greges nec protinus herbas
Vel campos permitte sequi sine protegat illos.
Interea veteres quæ porrigit esculus vmbas

Titi Calphurni.

Verum vbi decliui iam nona tepescere sole
Incipiet. seræq; videbitur hora merēdæ
Rursus pasce greges & opacos desere lucos
Nec prius æstiuo pecus includatur ouili
Quam leuibus nidis somnos captare volucris.
Cogitet & tremulī tremebunda coagula lactis
Succida iam tereti cum stringes vellera iunco
Tum iam tempus erit maternas demere lanas
Hircorumq; iugas & olētes cedere barbas
Ante tamē secerne pecus. gregibusq; notatis
Consimiles include comas ne longa minutis
Mollia ne duris coeant. ne candida fuscis.
Sed tibi cum vacuas posito velamine costas
Denudabit ouis circumspice. ne sit acuta
Forfice lesa cutis. tacitum ne pustula virus
Texerit occulto sub vulnere. quæ nisi ferro
Rumpitur en miserum fragili rubigine corpus
Corrodet sanies. Et putrida contrahet ossa
Prouidus (hoc moneo) viuentia sulphura tecum.
Et squillæ caput. atq; intacta bitumina porta.
Ulcibus laturus opem nec brutia desit
Dura tibi liquido pycis vngere terga memēto
Si tibi rafa linas viui quoq; pondera melle
Argenti coquito lentumq; bitumine ahæno.
Impressurus oui tua nomina Nā tibi lites
Afferet ingentes; lectus possessor in aruo
Tunc etiam dum siccus ager dum feruida tellus
Dum rimosa palus & multo torrida limo.
Aestuat et fragiles nimius sol puluerat herbas
Lurida conueniet succedere galbana septis
Et tua ceruino lustrare mapalia fumo

Titi Calpurnii

Obfuit ifte malis odor anguibus ipfe videbis
Serpentum cecidiffe minas non stringere dentes
Vlla poteft vncos Sed inani debilis ore.
Marcet & obtufo iacet exarmata veneno.
Tunc age vicinae circumfpice tpa brunæ.
Qua ratione geras aperit cum vinea fepes.
Et portat lectas securus vinitor vuas
Incipe falce nemus viuafq; recidere frondes.
Tunc opus eft teneras summatim stringere virgas
Tum debes feruare comas dum pmanet humor
Dum viret, & tremulas non excutit aphricus vmbra
Ast vbi conueniet tepidis foenilibus olim
Promere cum pecudes extremus clauferit annus.
Dic tibi nitendū est labor hoc in tempore nofter.
Gnauaq; fedulitas venit, & pafforia virtus
Ne pigeat ramos ficcis mifcere recentes,
Et succos adhibere nouos Neu torrida nymbis
Inftet hyems nimioq; gelu n̄ iufibusq; coactis.
Incurtare velis nemus & constringere frondes
Tu tamē aut leues hederas, aut molle falictum.
Valle premes gelida fitis eft penfanda tuorum
Cante gregum viridante cibo. Nihil aridus illis.
Ingenti politus quis frue profic aceruus
Virgea fi defint liquido turgentia succo
Et quibus eft aliquid plenæ virale medullæ.
Precipue gelidum ftipulis & fronde caduca.
Sterne folum ne forte rigor penetrabile corpus
Vrat, & interno vaftet penetralia morbo
Plura quidem monuiffe velim Nam plura fupfunt
Sed iam fera dies cadit, Et iam fole fugato

Li

Aegloga Sexta.

Frigidus æst iuas impellit noctifer horas

¶ Astilus & Lycidas & Manasilus Interlo-
quutores. Aegloga sexta.

Lætus ades licida modo Nictilus & puer Alcon **A**
Certauere sub his alterno carmine ramis
Iudice me. Sed non sine pignore Nictilus hædos
Iuncta matre dedit Catulum dedit ille legnæ.
Iurauitq; genus. Sed sustulit omnia victor
¶ Nicolon vt cantu rudis exuperauerit Alcon **L.**
Astile credibile est si vincat acanthida cornix
Vocalem superet si turpior ædona bubo
¶ Te potiar crocale qua nunc ego maceror vna **A**
Si magis aut docili calamorum Niculus arte
Aut cantu magis est q̄ vultu proximus illi
¶ Nam nunc decipior te iudice pallidus alter **L**
Venit. & hirsuta spinosior histrice barba
Candidus alter erat. leniq; decentior æuo
Et ridens oculis crinēq; simillimus auro
Qui dici posset si non cantaret apollo
¶ ō licyda si quis tibi carminis vsus adesset **A.**
Tu quoq; laudatum posses Alcona probare
Vis igitur. quoniam nec nobis improbo par es **L.**
Ipse tuos iudex calamos committere nostris
Vis conferre manum veniat licet arbiter Alcon
¶ Vincere tu quenq;. vel te certamine quisq; **A.**
Dignetur Qui vix stillantes arida voces
Rumpis & expellis male lingulantia verba.
¶ Fingas plura licet. nec em̄ potes improbe verba **L.**
Exprobrare mihi. sicut tibi multa lycuntas
Sed quid opus vana consumere tempora lite

Liti Qalphurnis

Ecce venit Manasyllus erit (nisi forte recuses)
Arbiter in sta nunc non credulus improbe verbis
¶ Malueram fateor vel predam nactus abires
Quam tibi certanti partem committere vocis.
Nec tamē hoc impune feres. En aspicias illum
Candida qui medius cubat inter lilia ceruum
Quamuis hunc petale mea diligit. accipe victor.
Scit frenos scit ferre iugum. Sequiturq; vocantem
Credulus & mensæ non improba porrigit ora
Aspicias vt fruticet late caput vtrq; sub ipsis
Cornibus & tereti lucent redimicula collo.
Aspicias. vt niueo frons irretita capistro.
Lucet. Et a dorso quæ totam circuit aluum.
Alternat vitreas lateralís cingula bullas:
Cornua subtiles ramosaq; tempora molles.
Implicuere rosæ. rutiloq; monilia torque.
Extrema ceruice notant. vbi pendulus apri
Dens sedet. Et niuea distinguit pectora luna
Hunc ego qualem cunq; vides in valle paciscor.
Pendere. Dum sciat hic se non sine pignore vinci
¶ Terreri manasyllus suo me munere credit:
Aspice q; timeam Genus est (vt scitis) equarum
Non iugala mihi. Quarum de sanguine ponam
Velocem pegasum. qui gramina matre relicta
Nunc primum teneris libauit dentibus illi
Pes leuis. Adductum latus. excelsissima ceruix
Terga sedent. micat acre caput. sine pondere ceruix
Et coronata breui substringitur vngula cornu
Vngula quæ viridi sic exultauit in aruo
Tangeret vt fragiles. Sed non curuaret aristas

Aegloga Sexta.

Hunc dare si vincas. siluestria numina iuro

¶ Et vacat: & vestros cantus audire iuuabit Ma
Iudice me sane contendere si libet Isthic.

Protinus ecce thorum fecere sub ilice musæ
Sed ne vicini nobis sonus obstrepat amnis.

Gramina linquamus: ripamq; volubilis vndæ
Nanc; sub exeso raucum mihi pumice lymphæ:
Respondent. Et obest arguti glareæ rui.

¶ Si placet. antra magis vicinaq; saxa petamus. A
Saxa quibus viridis stillanti vellere muscus
Dependet. scopulisq; canum sinuantibus arcum
Imminet. exesa veluti testudine concha

¶ Venimus & tacito sonitum tutabimur antro. Ma.
Seu residere libet. dabit ecce sedilia tophus.
Poner e seu cubitum. melior vires herba lapillis
Nunc mihi seposita reddantur carmina lite
Nam vicibus teneros malim cantetis amores.

Ast ile tu petalen. lycida tu phyllida lauda
¶ Tu modo (nos ipsi iam nunc manasyllæ pcamur) L
Auribus excipias. quibus hunc & Acanthida nuper
Diceris. in silua iudex audisse Thalea

¶ Non equidem possum cum prouocet iste tacere A
Rumpor em & merito. Nihil hic nisi iurgia quaerit.
Audiat aut dicat. quoniam cupit. hoc mihi certe
Dulce satis fuerit lycidam expectare tremetem.

Dum te stante palam sua carmina pallidus audit
¶ Me puto vicinus Stymicon. me proximus Aegon L
Hos inter frutices tacite risere volentem

Oscula cum tenero simulare virilia Mopso
¶ Fortior uo vtinam. nodum. manasyllus adesset A.

Aegloga Septima.

Efficerem ne te quisq; modo turpior esset.
¶ Quid furitis. Quæ vos insania tēdere iussit Ma.
Si vicibus certare placet. Sed nō ego vobis
Arbiter. hoc alius possit discernere iudex
Et venit ecce mycou venit & vicinus iolas
Litibus hī vestris poterunt imponere finem
¶ Lycoras & Coridon. Interloquuto
res. Aegloga septima

L Entus ab orbe venis Corydon vigesima certe = Li.
Nox fuit. vt nostræ cupiūt te cernere siluæ.
Et tua merētes expectant iubila tauri.

¶ O piger vō duro iam durior axe lycora C.
Qui veteres fagos noua q̄ spectacula maui
Cernere. Quæ patula munus deus ædit arena
¶ Mirabar quæ causa foret tibi tanta morandi L.
Cur tua cessaret taciturnis phystula siluis.
Et solus stymicon caneret pallente corymbo
Quem sine te mœsti tenero donauimus hædo.
Nam dum lentus abes lustrauit ouilia thyrsis

¶ Scilicet inuictus Strymicon Et premia diues C.
Auferat, accœpto non solum gaudeat hædo
Verum tota ferat quæ lustrat ouilia Thyrsis
Non tamē æquabit mea gaudia. nec mihi si quis
Omnia lucanæ donet pecuaria siluæ

Grata magis fuerint q̄ quæ spectamus in vrbe
¶ Dic age. dic Coridon nec nostras inuidus aures. L
Despice non aliter certe mihi dulce loquere
Quam certare solēt quoties ad sacra vacantur.
Aut foecunda pales. Aut pastoralis Apollo E iij

Aegloga Septima.

¶ Vidimus in cœlum trabibus spectacula textis. C
Surgere tarpeium prope despectantia culmen
Immensosq; gradus. Et diues poene latentes
Venimus ad sedes vbi pulla sordida veste
Inter foeminas spectabat turba cathedras
Nam quæcunc; patet sub aperto libera cœlo
Aut eques aut niuei loca densauere tribuni
Qualiter hæc patulum contendit vallis in orbem
Et sinuata lacus resupinis vndiq; siluis
Quid tibi nunc referam quæ vix sufficimus ipsi
Per partes spectare suas sic vndiq; fulgor
Percussit Stabam defixus & ore patenti
Cunctaq; mirabar Nec dum bona singula noram
Tum mihî tunc senior lateri qui forte sinistro
Iunctus erat. Quid te stupefactum rustice dixit
Ad rantas miraris opes. Qui nescius auro
Sordida tecta casas & sola mapalia nostri
En ego tam tremulus tam vertice canus. Et ista
Factus in vrbe senex stupeo tamē omnia certe
Vilia sunt nobis quæcunc; prioribus annis
Vidimus. & fordet quicquid spectauimus olim.
Baltheus en gemmis en illita porticus auro.
Certatim radiant. Nec non vbi finis harenæ
Proxima marmoreo peragit spectacula. muro
Sternitur adiunctis ebur admirabile truncis
Et coit in rutilum medius qua lubricus axem
Dentibus æquatis. Et erat (mihî crede lycora
Si qua fides) nostro dens longior omnis aratro
Ordine quid referam: vidi genus omne terarum
Hic niueos lepores & non sine cornibus apros

Titi Calphurnij.

Alit vrsam in siluis etiam quibus æditur Alten
Vidimus. Et taurus quibus aut ceruice leuata
Deformis scapulis thorus eminent Aut quibus hirtæ
Lactantur per colla iubæ. quibus aspera mento
Barba iacet tremulisq; rigent palearia sætis
Nec solum nobis siluestria cernere monstra.

Contigit Aequoreos ego cum certantibus vrsis
Spectaui virulos. Et equorum nomine dignum
Sed deforme pecus qd in illo nascitur amni
Qui fata riparum venientibus irrigat vndis
Ah trepidi quoties nos descendens harenæ
Vidimus in partes ruptaq; voragine terræ
Emersisse foras. Et eisdem sæpe latebris.

Aurea cum croceo creuerunt arbuta libro
Quis foelix Coridon quem non tremebunda senectus
Impedito foelix q; in hæc tibi sæcula primos
Indulgete deo dimittere contigit annos

Nunc tibi si propius venerandum cernere numen
Sors dedit. Et referes vultumq; habitumq; notasti.
Dic age dic Coridon quæ sit modo forma deorum
Quis vtinam vobis non rustica vestis inesset

Vidissem propius mea numina. Sed mihi sordes
Pullaq; paupertas & adunco fibula morlu
Obsuerant. vtrinq; tamen conspeximus ipsam

Longius Ac nisi me decepit. visus in vno
Et martis vultus Et apollinis esse putari

¶ Tymetas & Tityrus Interloquutos
res. Aegloga octaua.

A Um fiscella tibi fluuiali Tityre iunco. Time.
Texitur. & raucis resonant tua rura cicadis

Aegloga Octava.

Incipe si quod habes gracili sub harundine carmē

Compositum nam te calamos inflare labello
Pan docuit. versuq; bonus tibi fauit Apollo.

Incipe dum salices hædi dum gramina vacce
Detondent viridicq; greges pmittere campo
Et ros. Et primi suadet clemētia solis:

¶ Hos annos canāq; meam mihi chare senectam.

Tity.

Tu iuuenis charusq; deos in carmina cogis:
Viximus. & calamis versus cantauimus olim
Dum secura hilares etas ludebat amores.

Nunc album caput. Et veneres stupere sub annis

Iam mea ruricolę dependet physula fauno

Et nunc rura sonant nup nam carmina victor

Risisti calamos & dissona flumina Mopsi

Iudice me. Mecum senior Melibœus vtrumq;

Audierat. laudesq; tuas sublimē ferebat

Quem nunc emerite p mensum tempora vite

Secreti pars orbis habet mundusq; piorum.

Quare age Si qua tibi melibœi gratia viuít

Dicit honoratos p dulcis tibia manes.

¶ Et parere decet iussis & grata iubentur

Tíme.

Namq; fuit dignus senior quem carmine phebuis

Pan calamis fidibusq; linus modulatibus Orpheus

Concinerent. Atq; acta viri laudesq; sonarent

Sed quia tu nostrę musam deposcis auene

Continet inciso quercus mea carmina libro

¶ Dic age Sed nobis ne vento garrula pinus

Obstrepat. has vltimos potius fagosve petamus

Tity

Hic cantare libet virides nam suggerit herbas

Mollis ager. latq; tacet nemus omne quieti

Titi Calphurnij

Aspice ut ecce procul Decerpant gramina thauri.
¶ Omniparens æther & rerum causa liquores Time
Corporis & genitrix tellus vitalis & aer
Accipite hos calamos Atq; hæc nostro Melibœo
Mittite Si sentire datur post fata quietis
Nam si sublimes animæ cœlestia templa
Sidereasq; colunt sedes mundoq; fruuntur
In nostros aduerte modos quos ipse benigno.
Pectore fouisti. Quos tu Melibœe probasti
Longa tibi cunctisq; diu spectata senectus
Fœlicescq; anni nostriq; nouissimus æui
Circulus innocuæ clausurunt tempora vitæ.
Nec minus hinc vobis gemitus lachrymæq; fuere
Quam si florentes mors inuida pelleret annos
Nec tenuit tales comunis causa querelas
Heu melibœe iaces letali frigore segnis
Lege hominum cœlo dignus cruenta senecta
Consilioq; deum plenum tibi ponderis æqui
Pectus erat Tu ruriculum discernere lites.
Assueras varias patiens mulcendo querelas
Sub te ruris amor. Sub te venerantia iusti
Floruit ambiguos signauit terminus agros
Blanda tibi vultus grauitas & mite serena
Fronte supciliū. Sed pectus mitius ore.
Tu calamos aptare labris coniungere cœra.
Oratus duras docuisti fallere curas.
Nec segnē passus nobis marcere iuuentam
Sæpe dabas merita non vilia p̄mia musæ
Sæpe etiam senior ne nos cantare pigeret

D i.

Aegloga Nonna.

Lætus phœbea dixisti carmen auena
Fœlix. & melibœe vale. tibi frondis odoræ
Munera dat lauros carpens ruralis Apollo
Dat faunus quod quisq; volet de vite racemos
De campo culmos omniq; ex arbore fruges
Dat grandæua pales spumantia cymbia lacte
Mella ferunt nymphæ pictas dat flora coronas
Manibus hîc supremus honos. Dant carmina musæ
Carmina dant musæ Nos te modulamur auena
Siluestris nunc te platanus Melibœe susurrat
Te pinus reboat Te quicquid carminis echo
Respondent siluæ. Te nostra armenta sequuntur
Nanq; prius siccis phocæ nascentur in aruis
Vestitusq; freto viuet leo. dulcia mella
Sudabunt taxi confusis legibus anni
Ante dabit flores autumnus. ver dabit vuas
Messẽm tristis hyems Aestas tractabit oliuas
Quam taceat Melibœe tuas mea phystula laudes
¶ Perge puer Coeptum tibi iam ne desere carmẽ Tity
Nam sic dulce sonas vt te placatus Apollo
Prouehat. Et fœlix dominam pducatur ad urbem
Nãq; hic in siluis præfens tibi fama benignum.
Strauit iterrumpens liuorum iubila plena
Sed iam sol demittit equos de culmine mundi
Flumineos suadens gregibus præbere liquores
¶ Astacus & Alcon Interloquuto
res. Aegloga nonna

Eormosam donacẽ puer Astacus & puer Alcon poeta
Ardebant rudibus annis intẽsus vterq;

Titi Calphurnij

In donaces venerem firmata mēte ruebant
Hanc cum vicini flores in vallibus horti
Carpere & molli gremium cōpleret acantho
Inuasere simul veneriq; imbutus vterq;
Tum primum dulci carpebant gaudia furto
Hinc amor & pueris iam non puerilia vota
Quis anni ter quinq; hyemes & cura iuventæ
Sed postq; donacen duri clausere parentes.
Et non tam tenui filo de more sonarent
Sollicitumq; foret linguis onus improba ceruix
Suffususq; rubor crebro venæq; tumentes
Tum vero ardentes flammati pectoris æstus
Carmīnibus dulciq; parant releuare querela
Ambo ænuo cantuq; pares. nec dispare forma
Ambo genas leues. in tonsis crinibus ambo
Atq; sub hac platano moesti solatia casus
Alternant: Idas calamis & versibus Alcon
¶ Quæ colitis siluas dryades queq; antra napeæ **As.**
Et quæ marmareo pede naiades yda secatis
Littera. purpureosq; alitis per gramina flores
Dicite quo prato donacem qua forte sub ymbra
Inueniam roseis stringentē lilia palmis
Nam mihi iam trini perierunt ordine soles.
Ex quo consueto donacen expecto sub antro.
Interea tanq; nostri solamen amoris
Hoc foret Aut posset rabidos medicare furores
Nulla meæ trinis tetigerunt gramina vaccae
Luciferis nulloq; biberunt amne liquores
Siccæq; foetarum lambentes ybera matrum.

Megloga Aona

Stant vituli. Et teneris mugitibus aera complent
Ipse ego nec molli iunco nec vimine lento.
Perfeci calathos cogendi lactis in vsus
Quid tibi (quæ nosti) referam Scis mille iuuenas
Esse mihi nosti nuncq; mea mulctra vacare
Idas ille ego. sum donace cui sæpe dedisti
Oscula nec medios dubitasti rumpere cantus
Atq; inter calamos errantia labra petisti
Eheu nulla meæ te tangit cura salutis.
Pallidior buxo violæq; similimus erro
Omnes ecce cibos. Et nostri pocula bachi
Horreo Nec blando memini concedere somno
Te sine ve misero mihi lilia nigra videntur
Pallentesq; rosæ nec dulce rubens hyacinthus
Nullos nec myrthus nec laurus spirat odores.
Actu si venias & candida lilia fient
Purpureæq; rosæ. Tum dulce rubens hyacinthus
Tum mihi cum myrtho laurus spirabit odores
Nam dum pallas amat turgentes vngvine baccas
Dum bachus vites deus & sata poma priap uo
Pascua læta pales. Idas te diliget vnam
¶ Hęc idas calamis. tu qui responderit Alcon Poeta
Versu phębe refer sunt aurea carmina phębo.
¶ ō montana pales ō pastoralis Apollo. Alcon
Et nemorum syluane potens ō nostra dione
Quæ iuga celsa tenes erycis cui cura iugales
Concubitus hominum totis connectere seclis
Quid merui? cur me donace formosa reliquit?
Munera nãq; dedi noster quę non dedit Idas?

Titi Calphurnis.

Vocalem longos quæ non dedit ædona cantus
Quæ licet interdum contexto vimine clausa,
Cum puæ patuere fores seu libera ferri
Nouit & agrestes inter volitare volucres
Scit rursus remeare domū tectumq; subire
Viminis, Et caueam totis preponere siluis
Preterea tenerum leporem geminasq; palumbes.
Nuper quæ potui siluarum p̄mia misi
Et post hæc donace nostros contemnīs amores
Forſitan indignū ducis q̄ rusticus Alcon
Te cupiam qui mane boues in pascua ducam
Dñ pecorum pauere greges formosus Apollo
Pan doctus fauni vates & pulcher adonis
Quinetiam fontis speculo me mane notauī
Nondum purpureos phebus cum tolleret orbis
Nec tremulum liquidis splēderet lumen in vndis
Quod vidi nulla tegimur lanugine malis
Pascimur & crimen nostro formosior Ida
Dicor & hoc ipsum mihi tu narrare solebas
Purpureas laudando genas. Et lactea colla
Atq; hilares oculos & formam puberis æui
Nec sumus indocti Calamis cantare & auena.
Tityrus e siluis dominam peruenit ad urbem
Nos quoq; te propter Donacē cantabimus vrbi
Si modo confertas inter tuburna cupressos
Atq; inter pinos corylum frondescere fas est
Sic pueri Donacem toto sub sole canebant
Frigidus e siluis donec descendere suasisit

D iij

Aegloga Decima

Hesperus Et stabulis pastos inducere tauros.

¶ Pan trium puerorum impulsu
modulatur. Aegloga decima.

Nictilos atq; Mycon necnō & pulcher Amyntas

¶ Torrentē patula vitabāt ilice solem

Cum pan venatu fessus recubare sub vlmo

Coepert. Et somno lassatus sumere vires

Quem sup extenti pendebat phystula ramo

Hanc pueri tanq; p̄dam pro carmine poscunt.

Sumere fasq; esset calamos tractare deorum

Inuadunt furto. Sed nec resonare canorem

Phystula quem fuerat. Nec vult contexere carmen.

Sed pro carminibus mala sibila dissona reddit

Tum pan excussus sonitu stridentis aucuæ

¶ Iamq; videns. pueri si carmina poscitis inquit

Ipse canam. nulli fas est inflare cicutas

Quas ego mœnalijs cæra compingo sub antris

Iamq; ego bacche tuos ortus & semina vitis

Ordine detexam debemus carmina baccho.

Hæc fatus coepit calamis sic montiuagus pan.

Te cano qui grauidis hederata fronte corymbis.

Vitea ferta plicas. Qui quando palmite tigres

Ducis odorato perfusus colla capillo

Vera Iouis proles iam dum post sydera cœli

Sola Iouem Semele vidit Iouis ora professum

Hunc pater omnipotēs venturi prouidus æui

Protulit & iusto produxit tempore partus

Vos etiam & nymphæ viridi nutritis in antro.

Titi Calphurnij

Quin etiam silenus paruū veneratus alumnū
Aut gremio fouet aut resupinus sustinet vlnis;
Et vocat ad risum digito motuq; quietem.
Cui deus arridens horrentes pectore sætas
Vellicat. Aut digitis aures astringit acutas
Applaudit ve manu mutilū caput aut leue mentum
Et summas tenero collidit pollice nares
Interea pueri florescit pube iuuenta.
Flauaq; maturo tumerunt tempora cornu
Tum primū lenes ostendit pampinus vuas.
Mirantur sathyri frondes & dona lyæi.
Tum deus ō sathyri maturos carpite fructus
Dixit, Et ignotos pueri calcate racæmos
Vix hæc ædiderat decerpūt vitibus vuas
Et portant calathis Celeriq; illudere planta
Concaua saxa super properant, vindemia feruet.
Collibus in summis crebro pede rumpitur vua
Nudaq; purpureo sparguntur pectora musto.
Tum sathyri lasciuia cohors sibi pocula quisq;
Obuia corripuit. Quod fors dedit hoc capit vsus
Cantharon hic retinet. Cornu bibit Alter adunco
Conuocat ille manus palmasq; in pocula vertit
Pronus ac ille lacu bibit & crepitantibus haurit
Musta labris. Alius vocalia cymbia mergit
Excipit ac potus saliens liquor ore resultat
Atq; alius latice pressis resupinus ab vuis
Spumeus inq; humeros & pectore diffluit humor
Omnia ludus habet cantusq; chorosq; licentes
Et venerem iam vina mouent Raprantur amantes

Aegloga Undecima

Concubitu sathyri fugientes iungere nymphas

Iam iamq; elapsas hic crine hic veste retentat

Tum primus roseo silænus cymbia musto

Plena fenex auide non equis viribus hausit.

Ex illo venas inflatus nectare dulci

Hesternoz; grauis semp ridetur hyacho

Quinetiam deus ille deus Ioue natus ab illo

Et plantis vuas p̄mit & de vitibus hausit

Ingerit & lynce prebet crathera bibenti

Hec pan Moenalia pueros in valle docebat

Poeta

Sparfas donec oues campo conducere in vnum

Nox iubet vberibus suadens siccare fluorem

Lactis, Et in niueas astrictum cogere glebas

Mopsus & Lycida Interloquutores.
Aegloga undecima

DOpulea lycidas necnō & mopsus in vmbra Po.
Pastores calamis ac versu doctus vrerq;

Nec triuiale sonans proprios cantabat amores

Nam mopsō merē lycidæ crinitus iolas

Ignis erat parilisq; furor de dispare sexu

Cogebat trepidos totis discurrere siluis

Hos puer ac merē multum lusere furentes

Dum modo condictas nitant in vallibus vltimos,

Nunc fagos placitas sugiunt p̄missaq; fallunt

Antra. nec est animus solitos alludere fontes

Tum tandem fessi quos lusus edit & ignis

Sic sua desertis nudarunt vulnera siluis

Inq; vitem dulces cantu dixere querelas

Titi Calphurnis.

Immitis; merę rapidisq; fugatior euris.

¶ Cur nostros calamos. Et pastoralia vites M

Carmina. Quem ve fugis: Quæ me tibi gloria victo

Quid vultum veniēs p̄mis. Ac spem fronte serenas:

Tandem dura negas, non possum nolle negantem

Cantet amat quod quisq; leuant & carmina curas

¶ Respice me tandem puer ō crudelis iola L

Non hoc semp eris. Perdunt & gramina flores

Perdit spina rofas. nec semper lilia cadent

Nec longum tenet vua comas. nec populus vmbas

Donum forma breue est. nec se tibi commodat annis

Cantet amat quod quisq; leuant & carmina curas

¶ Cerua marem sequitur Taurum formosa iuuenca M

Et venerem sensere lupæ. Sensere leene:

Et genus aereum volucres. & squamea turba

Et montes siluæq;. Suos habet arbor amores

Tu tamē vna fugas Miserum turpdis amantem

Cantet amat quod quisq; leuant & carmina curas

¶ Omnia tempus alit tempus rapit. vsus in arcto est L

Ver erat & vitulos vidi sub matribus istos

Qui nunc pro niuea coiere in cornua vacca

Et tibi iam tumidę nares. iam fortia colla.

Cantet amat quod quisq; leuant & carmina curas

¶ Huc merę formosa veni vocat æstus in vmbam M

Iam pecudes subiere nemus. non vlla canoro

Guttore cantat auis. Torto nō sequam mea tractu

Signat humum serpens. Solus cano. Me sonat omnis

Silua. nec estiuus cantu concedo cicadis

Cantet amat quod quisq; leuant & carmina curas

Aegloga Undecima.

¶ Tu quoq; sæue puer notum ne perde colorem L
Sole sub hoc. Sed & huc lucentis vertito malas

Hic age pampinea mecum requiesce sub vmbra.

Hic tibi leue fluens fons murmurat hic & ab vlmis

Purpureę foetis dependent vitibus vuæ.

Cantet amat quod quisq; leuant & carmina curas.

¶ Qui tulerit merces fastidita longa superbæ M

Sithonias feret ille niues libycosq; calores.

Nerines potabit aquas, taxiq; nocentis.

Non metuet succos Sardorum gramina vincet

Et sua marmaricos pstringet virga leones

Cantet amat quod quisq; leuant & carmina curas

¶ Quisq; amat pueros ferro precordia duret L

Nil properet discatq; diu patienter amare.

Prudentesq; animos teneris non spernat in annis

Perferat & fastus Sic olim gaudia sumat

Si modo sollicitos aliquis deus audit amantes

Cantet amat quod quisq; leuant & carmina curas

¶ Quid prodest quod me pagani mater amyntę M

Tervitis, ter fronde lacta ter thure vaporo

Lustravit. Cineresq; auersa effudit in amnem

Incendens vino crepitantes sulphure lauros

Cum sic in mercen totis miser ignibus arsi.

Cantet amat quod quisq; leuant & carmina curas

¶ Hæc eadem nobis quę versicularia fila L

Titi Calphurnij.

Et mille ignotas Mychæli circumtulit artes

Cantavit quod luna timet, quo rumpitur anguis

Quo currunt scopuli migrant sata vellitur arbor

Plus tamē ecce minus plus est formosus Iolas

Cantat amat quod quisq; leuant & carmina curas

Bucolica titi calphurnij siculi pœete
nō mediocriter docti fœlici numine
in Edib⁹ pie memorie Henrici Quē-
tell prioribus longe castius caracte-
rifata consumantur

¶ Lectorē admonituz cupio vt in .A.tercio facie p̄ma
Linea viij. p̄ cānalib; legāt canalib;. Alioquin ver-
sus nō stabit. Preterea i q̄busdā in B.ij. facie pri-
ma. linea. xix. perperā impressum est. Texitur ⁊ nullo
tremore coagula lactis Emenda ⁊ legas. Texitur ⁊ nul-
la tremuere coagula lactis Reliquas s̄o labeculas al-
be ⁊ bene nate menti pmittimus expūgēdas. Vale.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Verghilii
Coloniae 1505

[Ch. Pl. 33]
[Ci. Pl. 2^{repe}]

457, 284




IL 2196 $\frac{1}{2}$

ink.

Handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, written in brown ink. The text is arranged in approximately 15 lines, with some lines starting with large, decorated initials. The script is dense and characteristic of late medieval manuscript production. The paper shows signs of age, including foxing and staining.







Alme precor miserū meū poterū mēz annū

Buccolica ca-
noni poete Titi Calphurni
Siculi undecim Aeglogis
iucunditer decantata.